F. P. Poete clarissimi uita feliciter incipit.

Franciscus Petrarcha florentinus fuit
exul namque patria natus est, cuius pater
petrus petracon. Mater leta appellati sunt.
familia ueteri ambo et parentibus honestis
nati. At uero Factione partium quibus
ea ciuitas per sepe laborat, uir simul ac
uxor patria pulsi Aretium concessere. Hinc
ubi filium exul mater et peperit et concepit.
Natus est. xiiij. Kl. Quintilis sub aurora. hic
quot annis sanctissime uirginis Margarite
festus est dies. Annus uero natiuitatis domini
Saluatoris nostri iesu christi tunc M°. ccc°. iiij.
erat. Cesareos fasces Albertus Austrie dux
ac princeps inter alemanos potens habebat.
Annum ibi petrarcha uite sue primum
non integrum egit. Infantulum mater deinde
ad patriam restituta, paternam in uillam de-
tulit. Loco nomen est Ancisa, florentino in
agro supra ciuitatem ad xiiij. milia passuum.
puer ibi annum usque in septimum enutritur. Annum
uero octauum natus ducitur pisas. Agens idem an-
num nonum Auinionem (ciuitas est gallie)
translatus est. Istuc pater (ut homines indu-
strij) profecto florentini solent, notarium
ipsum fuisse aliqui mercatorem quidam uolunt.
questus gratia morabatur, quod ea in urbe se-
deret pontifex maximus et gentes illuc ob se-
dem apostolicam undique conuenirent. Hec
ciuitas illa multitudinis capax erat. proinde

sarcitur plurimum, senex habebat. E-
pytaphium eius quid sibi fecerat uiuens
marmori hoc ĩ scriptũ legi. —

Frigida francisci hic tegit ossa petrarce.
Suscipe uirgo parens animã sate uirgine parce.
Fessaq3 iam terris celi requiescat in arce.

Scripta sua quocumq3 ĩgenere habentur
ista. carmine buccolico sunt Eglogo. xij.
Heroico metro libri. viiij. Africa appellati.
comedia una Joanni colũne ĩ scripta. ut
eius curas facetiis et iocis extingueret.
psalmi quoq3 sũt ab eo e. dauid uestigio
facti. Epistole multe uersu. Infinite
soluta oratione ad diuersos misse. Scripta-
rum metro libri ad barbatũ tres habentur.
Prosaicarum uero liber hic qui rerum
familiariũ appellantur. xxiiij. ĩde qui
rerum senillium ĩscribuntur. xvij. sũt
soluta quoque oratione ĩscriptũ habetur
ĩtinerarium Sirie. N. appellat librum
quo sanctam ad terram mari ligustico
nauigetur. Hunc ad Joanẽ mandellũ
fecit. Inuectiuas preterea ĩ pertinacem
medicũ. iiij. In gallum ebriosũ unã.
De remediis utriusq3 fortune duos. de
uiris illustribus unũ scripsit. patria q3
lingua quo ĩgenere plurimũ ualuit
ut pretermittam nihil. amatorias
cantilenas ac libros sonettorũ ac tri-

umphorum fecit. Libros item rerum me-
morandarum iiij. De uita solitaria duos.
De secreto conflictu tres. de ignorantia
sui et aliorũ unũ. De otio religioso duos.
sine nomine unum. Quippe dicendi ge-
nus ĩ tentatũ reliquit nullum: atq3
istis ĩ studiis ea grauitate copia gratia
uersatus est, ut qui etiam se uerissime
iudicant fateantur ipsũ excelluisse cunctos,
qui aut memoria sua uiuerent aut
superiore etate mille prope ad annos
istis in litteris claruissent. Neq3 uero id
negant, qui fateri que sunt uera nõ
uerentur, ipsũ esse illũ qui et princeps et
autor fuit excitandi studii et poetici
et omnis eloquentie, ut que per diu ne-
gleta fuerant, et quasi sopita dormie-
rant, ea tandem mortalium ad cognitio-
nẽ usumq3 rediret. Eratus tamen
gustui illorum nõ solet esse, qui sunt adeo
delicati, ut nihil omni parte nõ pfectũ
laudent. Sed meminerint ciceronis esse
ĩ bruto dictũ, nihil simul et ĩuentum
et perfectũ esse. Atq3 illud constat, qd et si
nõ adequauit ciceroni ne virgilio uidea-
tur, id tamen est suo ĩgenio ac diligẽtia
assecutus, quod istis in studiis et sui et su-
perioris temporis omnes ad multos anños
quouis dicendi ĩgenere superauit.

Finis.

Questo è il sonetto ritrovato nel
sepulchro di Madonna
Laura
in questo modo

Qui riposa quei caste et felice ossa
Di quella alma gentile e sola in terra
Aspro e dur sasso hor ben teco hai sotterra
El vero honor la fama e beltà scossa
Marte ha del verde Lauro svelta e smossa
Fresca radice e il premio de mia guerra
Di quattro lustri e piu s'amor non erra
Mio pensier tristo: el chiude in pocha fossa
Felice pianta in sorgo d'Avignone
Nacque e morì e qui con ella giace
La penna, el stil, l'inchiostro e la ragione
O delicati membri o viva face
Ch'ancor mi cuoggi e struggi in genochione
Ciascun preghi il Signor tauchti in pace.

Copiato il presente sonetto
per ordine di M